Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



305

92

ferens mixturam mure et aloes qui libras centum
accepunt et corpus ihu et ligauerunt illud linteis
cum aromatibus sicut mos est iudeis sepelire erat
autem in loco ubi crucifixus est hortus et in horto
monumentum nouum in quo non dum quisquam
positus erat ibi igitur propter parasceuen iudeorum quia iuxta
erat monumentum posuerunt eum.

In principio Initium passionis leonis prima
creauit deus celum et terram Terra autem erat ina
nis et uacua et tenebre erant ~~abyssi~~ super faciem
abyssi. et spiritus dei ferebatur super aquas Dixitque deus
fiat lux. Et facta est lux. Et uidit deus lucem quod
esset bona et diuisit deus lucem a tenebris. appel
lauitque lucem diem et tenebras noctem Factumque
est uespere et mane dies primus. Dixit quoque deus fi
at firmamentum in medio aquarum et diuidat
aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum di
uisitque aquas que erant sub firmamento ab
his quas erant super firmamentum. Et factum est ita
Vocauitque deus firmamentum celum Et factum est
uespere et mane dies secundus. Dixit uero deus Congre
gentur aquae quae sub celo sunt in locum unum,
et appareat aridum. Factumque est ita. Et uocauit deus
aridam terram congregationesque aquarum appellauit